

V 9
5345





191.

14 1670.

In LV FIFERO, vel lustum testimonio,
divinity ad reformandam Ecclesiam Anti-Christianam.
eodemq; primo Reformatore.

Vg
5345

69.

Auctor D. Scherfing
Foh. ad.

RECTOR
UNIVERSITATIS LIPSIENSIS

Ad
ORATIONEM

D. 31. Octob. peractis sacris matuti-
nis, in Aede Paulinâ, in memoriam
feliciter per B. Luther. cœptæ Re-
formationis habendam

UTRIUSQUE REIP. PATRES AC CIVES
officiose, humaniter ac decenter
invitat.





Vam ex optatis, faustis ac felicibus prorsus auspiciis, Megalander iste B. LUTHERUS ante hos CLIII. annos, in *Vigilia omnium Sanctorum*, ipsò videlicet die 31. Octobris, Divinæ Reformationis opus exorsus fuerit, uti nos quidem grati recordamur; ita, ceu aliàs fieri amat, huic laboranti Ecclesiæ divinitus concessio VIRO alii hanc gloriam *invident*, alii planè *dene-gant*. Prioris generis (de quibus hâc vice) sunt, qui CALVINIANORUM ἐπωυμίαν deprecati *Reformatorem* (Neo-Catharos dices) & *Evangelicorum* nomine invitâ veritate superbiunt; quib9 B. Hulsemannus noster in Colloquio Thor. illud eò duntaxat sensu quò vel Belgæ von reformirten Strümpfen/ vel Milites von reformirten Rittmeistern loquuntur, largiri voluit. De altero verò perquam argutè Fabius Hercynianus alt. Part. Cancellar. Anhalt. fol. 8. quidnî, inquit, *Evangelici dicerentur?* Sicut enim Scipio unus, ob eversionem Africa, Africanus, alter, ob excisionem Numantia, Numantinus appellatus; ita Calvinistæ, quòd Evangelium evertant, etiam per nos Evangelici fuerint. Hi, inquam, utut divinam B. Lutheri vocationem, quâ munitus Reformationem aggressus est, non negent, aliis tamen, nescio quib9, si non prærogativâ, parem certè hic gloriam admetiuntur. Nos hostium honorifica testimonia intereà acceptamus. Itâ autem Epist. LVII. de Luthero Calvinus: *Hæc cupio vobis in mentem venire primùm, quantus sit vir Lutherus; & quantis dotibus excellat, quantâ animi fortitudine & constantiâ, quantâ dexteritate, quantâ doctrinæ efficaciam hætenus ad profligandum Antichristi Regnum, & simul propagandam salutis doctrinam incubuerit. Sæpè dicere solitus sum: etiamsi me diabolus vocaret, me tamen hoc illi honoris habiturum, ut insignem Dei servum agnoscam; Hoc igitur primùm reputa obsecro, cum tuis Collegis, cum primario Christi servo, cui multum debemus omnes, vobis esse negotium.* Conf. *Schlusseß.* L. II. Theol. Calv. fol. 126. Beza l. de



de pœn. Hæretic. fol. 94. seq. 142. Lutherus est fortissimus Heros,
eximius & Doctissimus Dei servus, cujus fol. 599. ut tanti organi Dei
memoriam reverenter colat. Piscator Disp. XII. de Prædestin. vocat
extremum Eliam & verum Germaniæ Prophetam, cujus libris nemo
carere possit, quippe quibus nullum scriptum melius post Apostolorum
tempora extet, digni ut in omnes linguas transferantur. Thomas
quoq; Brigtmannus Angelum Apocalypticum, qui per medium cœ-
lum cum eterno Evangelio Apoc. XIV. volitaverat, appellare non
dubitavit. Hemmingius Præfat. Postillæ D. Lutherum appellat
Beatum & Prophetam à Deo excitatum, qui restituerit doctrinam &
cultum veterem, quem & primi nostri Parentes acceperint à Deo &
Christus Ecclesiæ suæ commendârit. Bucerus Scriptorum Anglica-
nor. fol. 613. Priusquam, inquit, nos ipsos purgemus. respondendum
est pro Luthero, quem hic communis adversarius vocat seditionis fon-
tem. Nos autem gratias ingentes Patri cœlesti agimus, qui per illum
summam Evangelii, fide Domini nostri Iesu Christi omnem nobis salu-
tem constare **MIRIFICE & FELICITER** nostro seculo restituit. Idem
B. Lutherum fol. 675. purioris Evangelii ad nos Apostolum fol. 692.
Doctrinæ purioris assertorem primarium, & fol. seq. fortissimum Chri-
stianismi Vindicem appellat. Quid? quod Præf. in Epp. Petr. ac Judæ
scribat: à tempore Apostolorum neminem fuisse, qui Sacram Scri-
pturam purius ac melius interpretatus sit, quam **MARTI-
NUS LUTHERUS**. Ita Calviniani Genevenses in Præfat.
Claudii Padvelli Homiliis præmissâ fol. 4. disertè profitentur:
Primus ad libertatem aditus introitusq; factus per Martinum Luthe-
rum, sanctissimæ memoriæ Virum, quo quidem authore & Principe De-
us animas hominum miserrimâ servitute liberavit, eosq; impiis opinio-
nibus superstitionibusq; implicatos ex vinculis Sathane, quibus con-
stricti tenebantur, in eam conscientie libertatem restituit, in quâ sua-
vissimam & amabilissimam Iesu Christi gratiam sentire, amplecti, ama-
req; potuerunt. D. JOH. CROCIUS, considerat Triad. Syllogism.
contr. B. Affelmanum fol. II. In religione, inquit, quam Affelman-
nus profitetur (NB. profitebatur autem eam, quam cum B. Luthe-
rô nos omnes) quamplurimos servari nulli dubitamus: atq;
OMNES SERVARI POSSE statuimus, modo verâ fiduciâ
meritum Christi sibi applicent, & ex animo resipiscant. **JACOBUS
ADAMI** Concionator Calvinianus Dantisci Præfat. der Christli-
schen



sehen Antwort wieder Coletum ed. Offenbaci 1612. B. 1. Ich halte
es gänzlich dafür/ daß sie (die Lutherischen) in ihrer Meinung wol
können selig werden/ es wäre denn Sach/ daß einer oder der ander
auß Bößheit wider ihr Gewissen sündigte. PAREUS Iren. fol. 67.
*Evangelici omnes utriusq; partis in fidei salvifica & Catholica funda-
mento h. e. in iis doctrinae capitibus quae universis & singulis fidelibus
ad salutem aeternam in Christo consequendam scitu credituq; sunt ne-
cessaria & absq; quorum fide nemo salvabitur, revera consentiunt. Ut
de caeteris, Irenopoëtis praecipue, qui hoc ubiq; tanquam indubita-
tum supponunt, supponere certè vi hypothesium tenentur, in
praesenti nihil moneamus. Est igitur, vel hostium testimonio, B.
Lutherus divinitus ad reformandam Ecclesiam Anti-Christia-
nam vocatus: | est etiam, quod alterum est, primus Reformator.*
Sed ut varium, elatum ac invidum hoc genus hominum est, ita
mirum non est si suimet obliti, ceu allegante Wigando in Schism.
Sacram. fol. 340. *Zwinglius* Andreæ Osiandro per literas signi-
ficavit, se *Lutheri gloriae invidere*, non Luthero sed sibi ipsis pri-
mam reformationis gloriam adscribant. Prodeat *Udalricus*
Zwinglius qui instar Pyrgopolinicus ita gloriatur: COEPI EGO
Evangelium predicare anno salutis XVI. supra millesimum & quin-
gentesimum, eo scilicet tempore, quum Lutheri nomen in nostris regio-
nibus NB. ne auditum adhuc erat. Sic autem judicavi, quum Mis-
sa adhuc in usu esset Pontificiis Evange'ium quod in Missa legebatur,
populo proposui explicandum. Explicandum inquam, non hominum
commentis sed solâ scripturarum Biblicarum collatione. Tametsi
tunc temporis vehementer priscis Doctoribus, ut qui essent puriores &
clariore, addictus essem, quantumvis me & illorum nonnihil pigeret.
NB. Testem hujus rei habere possum generosum illum & verè nobilem
Theobaldum de Geroldseck, Administratorem Templi Eremitici. Et
paulò post: quum Tigurum concessissem, & ibidem predicare coepis-
sem, indicavi venerabilibus Domino Praeposito, ceterisq; Collegii illius
Capitularibus, me posthac predicaturum esse Evangelium Matthaei,
iaq; absq; humanis Cõmentationib; ex solis fontib; scripturae sacrae. Ini-
tio ejus anni NB. nemo apud nos de Luthero quicquam audierat, quod
me parum erudire poterat, quum jam antea satis scirem, indulgentiarũ
negotium nihil esse quàm fucum & dolum. Didiceram hoc ex dispu-
tatione

ratione quâdam, quam doctissimus Vir Wyttenbach Bielensis, Patronus
& charissimus Præceptor meus antè annos aliquot Basileæ in confesso pu-
bico in scholâ ac palestrâ Theologicâ, licet me absente, habuerat. Me
tunc in Matthæi prædicatione Lutheri scriptis parum esse adjutum, quis
non videt? Hæc Thraso ille Zwinglius in Explanat artic. Tom. I.
Art. XII. fol. 17. quibus verbis etiam Hornbek superbit, ut hoc
porisma inde conficiat: Zwinglium, utut ætate juniorem, antè
Lutherum tamen docere ac reformare incepisse. Summ. Controvers.
fol. 204. Quem typhum alii passim ex Calvinistis imitantur. Sed
quàm vana hæc sit gloriatio facilè omnes intelligunt. Colligite enim:
Zwinglius ipse hoc dicit, protinùs ergò verum est. Matthæum qui-
busdam fratricellis Glaronæ & in Eremo prædicavit: igitur instar
Lutheri reformavit. Ex disputatione, cui tamen non interfuit,
indulgentiarum fucum cognovit. Ergò veritatis Evangelicæ re-
staurator extitit. Nugæ! An nemo hæctenus rectiùs Zwinglio
Matthæum exposuerat? An nemo particulam illam Evangelii, quæ
in Missâ legebatur, vel voce vel scripto interpretatus est? Et ne-
mini tn. horù Reformatoris nomen tribuet. Quale verò Evangelii
Zwinglius prædicaverat? Provocaverat antè ad Administra-
torem Monasterii Eremitarum Theobaldum de Hohengeroldzeik.
Quid si Instrumento Vocationis, quo ab eodem Glaronâ evoca-
tus est, contrâ Zwinglium uteremur? Diserta enim ibi Libri vi-
ta, Confessionarium, Oblationum & Mortuorum mentio. Sed no-
lumus his urgere vel improbantem vel approbantem. Non e-
quidem ignoramus, quæ ipsimet, in simili, contra Papistas de vo-
catione B. Lutheri disputantes, nolimus sequi: non statim scilicet
infamare puram doctrinam verba in instrumento vocationis mi-
nus orthodoxa: interim nisi probetur, Zwinglium ea, quæ in voca-
tione suâ, puritati Evangelicæ cõtrariantur, statim rejecisse: nemo
nobis persuasurus est, ut credamus, eum ab illo momento refor-
mationem ullam cœpisse. Sint (quod Hottingerus quidem Papi-
stis H. E. Sec. XVI. Part. IV. fol. 27. objicit] Administratoris vo-
cantis non Zwinglii vocati verba illa, quæ usitatas superstitio-
nes laudant & inculcant: debuisset tamen Zwinglius, si reforma-
tor esse voluisset, cordatè contradicere. Negativè solum con-
tradimus: qui superstitionibus ac falsitati nondum contradixit,
ille

ille [ad minimum] nondum reformavit. Quod in presenti sufficit. Qvale verò Evangelium, ut ad illud regrediamur, docuerit Zvinglius, eventus, proh dolor! totius Ecclesie damno, deinceps docuit. Zvinglianū videlicet, non JESU CHRISTI. Ecclesiam ergò non reformavit sed deformavit. Fatetur Bucerus: Lutherum in acie steterisse reliquos fuisse tantum ipsius subsidiarios discipulosq; L. de Vera Eccles. reconciliat. Hornbekius etiam, Summ. Controv. fol. 205. concedit: vulgò Lutherum antè Zvinglium nominari. Id verò ex ætatis privilegio fieri, probandum erat. Sleidanus eo ann. 1519. [cum B. Lutherus jam biennio antè contrà Tezelium disputasset] Librum I. Comm. clausurus: Dacebat, inquit, hoc tempore Tiguri in Helvetiis Ulricus Zvinglius, qui sub initium hujus anni venerat eò vocatus, cum antea Glaronæ & in Eremo, quam vocant, divæ Virginis docuisset. Non multò post venit illuc, missu Pontificis, indulgentiarum, ut ajunt, præco, Samson Mediolanensis, Franciscanus, ut pecuniam emungeret: ei sese fortiter opponit Zvinglius ac impostorem esse docet. Et Mel. Adami in vitâ Zvinglii fol. 28. memorat: incepisse eundem docere (& quidem Matthæum) Tiguri ipsis Natalitiis Christi anno 1519. quod ipse Zvinglius verbis paulò antè allegatis fassus erat. Etsi itaq; ex aliqua prædicatione Matthæi reformatio colligi posset, ea tamen ad præsens nihil faceret. Hoc enim demùm anno 1519. cum jam Lutherus adversus Tezelium, Prieriatem, Hogostratum, Cajetanum, Eccium in acie ac arenâ stantes, Virum sese præstitisset, quo tempore Zvinglius ne nomine quidè Germanis nostris innotuerat, contingit. Quid multis? B. Lutherus eodem anno 1516. quò Zvinglius ideò superbit, contrà Scholasticorum deliria, quibus totius salutis acropolis subrueretur, de Liberò nim. arbitrio, operum nostrorum meritis, ac traditionibus humanis publicè vulgata themata defendit. Succedant τῶν ἐξ ἐναντίων suffragia. CALVINUS: de Luthero, inquit, nunc quoq;, sicut hactenùs non dissimulanter testamur, eum nos habere pro insigni Christi Apostolo, cujus MAXIME operâ & ministerio restituta hoc tempore fuerit Evangelii PURITAS. Volum. Tractat. Theolog. cor. fol. 199. Idem paulò antè allegatus B. Lutherum pro primario Christi servo, cui multum omnes debeamus habuit. LUDOVICUS LAVATERUS Histor. Sacram. fol. 33. asseverat: D. Lutherum omnium

omnium primum nostro seculo *variis scriptis in errores & ab-*
usus Papisticos palam magno fortiq; animo invecum fuisse. Bucerus
in Epistol. ad Episcopum Herephordens. scribere non dubitavit:
Lutherū PRIMUM esse APOSTOLORUM PURIORIS ad nos EV-
ANGELII. Et paulò antè allegati Calvinistæ Genevenses fol. 4.
præf. in Homil. Claud. Badvelli PRIMUM ad libertatem ADITUM
INTROITUMQVE per Martinum Lutherum quem proinde AU-
TOREM PRINCIPEM hujus restitutionis seu Reformationis
adpellant, factum esse, palam ac disertè sunt professi *Lucem veræ do-*
ctrine [non per Zvinglium, sed] per reverendum Virum, D. Lu-
therum, *Virum pietate & donis Spir. S. excellentissimum repurgatam*
esse CUREUS Exeg. fol. 93. ex vero asserit. BEZA in diabolicâ
quoq; illâ suâ Creophagiâ fol. 559. in hæc verba erupit: *fuit Lu-*
therus vir admirandus in diebus nostris, in quo qui non sentit Dei
Spiritum, is nihil sentit. Item: LUTHERUS plantavit RURSUS
Vineam Domini à Pastoribus DESERTAM. Hinc à Remonstran-
tibus quoq; nostræ Ecclesie inter REFORMATAS PRIMÆ, & cæ-
teris omnibus hodièq; numero & splendore antestare dicuntur Apo-
log. fol. 108. Tom. II. Oper. Episcopii Part. II. fol. 164. Hæc non
vane Glorie causâ quasi non possemus alios, si qui essent, in Refor-
mationis opere cum B. Luthero *συνέργως* pati, adduximus; sed
quia *veritas* nobis asserenda, Calvinianis verò [*Papistas enim, qui*
Luthero titulum Reformatoris nequaquam concedunt, in aliud
tempus rejicimus] id, quod hoc prætextu *ὑπερβολον* tegunt, quasi sci-
licet *Zvinglius, Calvinus aliq; meliùs reformassent, Luthero primas*
ac crassiores sordes duntaxat abstergente, cōcedendū in cōtradi-
ctorio non erat: sicut eadem ex causâ *Reformatorum* nomen
γνησίως Lutherani iisdem nunquam largiuntur.) Sed habeant illi
rem suam. Nostrum jam est *religiosissimi* Principis ac Domini,
Domini, JOH. GEORC. II. Electoris Saxon. Domini ac
Nutricii nostri Clementissimi pietatem imitari, Deumq; pro-
pter concessum hisce terris *Vas illud electionis* B. LUTHERUM,
qui tanquam alter Moses nos ex plusquam Ægyptiacâ Antichristi
servitute eduxit, glorificantes, ut Verbi puritas propria nobis ac-
si qui futuri sunt, posteris maneat; sed & ut nos illud, contra o-
mnes Sathanæ totiusq; mundi insultus, tanquam VERI PROTE-
STAN-

19. 5745 OK

STANTES, constanter & animosè profiteamur, devotè precari.
Quem in finem cum VIR JUVENIS CLARISSIMUS & ERUDI-
TISSIMUS DN. M. THOMAS ITTIGIUS, Lips. Incluti Collegi
Philosoph. Adfessor, solennia verba, ex Umbone Aedis Paulinae,
publico nomine dicenda, meditatus fuerit: UTRIUSQUE REI-
PUBLICAE CONSCRIPTOS PATRES, & quotquot in uni-
versum sunt *Literati ordinis* Fautores, pro eo quo decet ac par est,
officiosè ac humaniter rogamus, ut pietatem suam nostrae jun-
gentes, hanc ipsam Vigiliam omnium Sanctorum, ex Sacello D.
Nicolai finitis sacris matutinis, hora IX. nos haud illubenter
comitati, non infacundum Oratorem, quod studiis ac officiis
paratissimis redhostiemus, patienter auscultare ne graventur.
Nobilissimi Studiosae Juventutis Coetus, cui omnimodam be-
nevolentiam offerimus, spontaneum obsecundandi studium
prolixis obtestationibus in dubium non vocamus. B. V. R. G.
P. P. Dominica XXII. Post octavam Pentecostes d. 31. Octob.
cl. I. c. LXX.

LITERIS COLERIANIS.



m. c.

recari.
UDI-
ollegl
ulina,
REI-
uni-
ar est,
e jun-
lo D.
enter
fficiis
entur.
n be-
dium
R.G.
ctob.

ULB Halle

3

004 957 105



VDT7







cordamur
 nitus conce
 gant. Prior
 NORUM
 dices)
 quibz B. Ha
 sensu quô v
 reformiter
 perqvàm a
 fol. 8. quid
 ob everfione
 mantinus ap
 per nos Eva
 vocationem
 gent, aliis ta
 gloriam ad
 eà: acceptar
 Hec cupio v
 nus, & quant
 quantâ dext
 dum Antici
 incubuerit.
 me tamen h
 agnoscam;
 cum primar
 esse negotiu



icibus pror-
 LUTHERUS an-
 ium Sanctorum
 Reformatio-
 videm gratire-
 Ecclesiæ divi-
 lli planè dene-
 CALVINIA-
 Neo-Catharos
 e superbiunt):
 ad eò duntaxat
 el Milites von
 De altero verò
 ellar. Anhalt.
 m Scipio unus,
 umantia, Nu-
 evertant, etiam
 am B. Lutheri
 s est, non ne-
 arem certè hic
 timonia inter-
 ero Calvinus:
 sit vir Luthe-
 e & constantiâ,
 ad profligan-
 utis doctrinam
 olum vocaret,
 Dei servum
 tuis Collegis,
 omnes, vobis
 l. 126. Beze l.
 de



de
 exi
 me
 ex
 car
 tem
 qu
 lun
 du
 Be
 cu
 Ch
 no
 est
 te
 su
 te
 B
 L
 st
 so
 P
 L
 C
 T
 v
 a
 n

